Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35457
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



et tunc quidem iudei conuertentur
sicut scriptum est In diebus illis saluabitur
iuda et israel habitabit confidenter Et
alibi Si fuerint filii israel sicut are
na maris reliquie conuertentur Et
famem patientur ut canes Modo
nisi stomachati et sui erroris et
malitie plenis verbum iuste fastidiunt
audire Sed tunc quidem qui canes val
de famelici ad cibos ecclesiasticos et
spirituales suspiendos in portune se
ingerent et longum famam se sustinu
isse ostendent Unde et subditur
Et circuibunt ciuitatem Sectores vel
etiam ut eis ab spiritualibus alant
quos prius tangere nolebant et tamen
sollicitudine fideliter custodiant eas
Ecce ipsi loquentur in ore suo et
gladius est in labiis eorum Ecce ipsi
nisi iudei quo sunt et qui fide acci
pere noluit loquntur contra apostolos qui doc
tores in ore suo in ore suo peruiso
et ad litigandum et contradicendum
paratos Hoc est enim quod dicit Et gla
dius est in labiis eorum Sicut enim gla
dius spiritus est uerbum dei ita gladi
us mortis et perditionis est verba
iudeorum Quorum quis audiuit
Hoc dicebant iudei contra ecclesie do
ctores quorum quis audiuit quis prophe
tum hanc nouam quam uos predicatis do
ctrinam nunciauit Et hoc quidem
dicunt quia literam eos occidit et ad spiritua
lem intelligentiam accedere nequiunt
quam execrantur eos malicia eorum
Et non solum ipsi sed alie quoque gentes
filium sanctum habent Unde et subditur
At tu domine deridebis eos et pro nihi
lo habebis omnes gentes Hoc e
nim quod alibi dicitur Qui habitat in ce
lis irridebit eos et dominus subsannabit
eos Pro nihilo uno habet dominus omnes
gentes quorum sicut prophetam aut Omnes
gentes quasi non sint coram eo,

et quasi nihilum et inane sunt reputate
ei Fortitudinem meam ad te
custodiam quia tu es deus susceptor
meus es Tu inquit pro nihilo es
omnes gentes quas et ego filiter
habeam si uoluissem si fortitudinem
meam ostendere nolo quam vel fortitu
dinem totam ad te referam et ad te cus
todiam et qui precis uiribus destitutus
a te sperabo defensionem et auxilium exsper
tabo quia tu deus susceptor meus es
qui uix mee uoluntatis arbitrium
in omnia subministras Deus meus mi
sericordia eius preueniet me Sed in
hoc loquitur et ideo deum se habere
dicit et misericordiam aliunde expectat
Que misericordia tam presto est ut
eum semper preueniat si uocanda est
Deus meus ostende in bono inter
inimicos meos Que bona? Non
occides eos Quare? dicit Nequando
obliuiscant legis tue Hoc autem non
de iudeis sed de christianis dicit Nequando
obliuiscant legis tue Unde et in
alia translatione non legis tue sed po
puli mei habent Hec ergo misericordia
iudeis facta est ne penitus occidentur
ne forte sicut lex quoque periret et ob
liuiom traderetur cum nemo esset
qui eam diceret Dispergere illos
in uirtute tua et destruere eos pro
tector meus domine Ne sicut occidas eos in
hac artissima quia sicut claudunt
obsidione sed dispergere illos in omnes
gentes et populos et nationes in
uirtute tua cui nemo resistere ualet
Et destruere eos Non ut occidant
sed potius a pristina dignitate honore et
gloria deponant Ecce dispersi sunt
iudei et nos legem habemus et ipsi
mortui sunt sine rege tui et sacerdo
tio et sine honore sunt ubique
Oblecta oris eorum sermo labiorum
ipsorum et comprehendant in superbia